

pere paulatim incipiunt, tandem frigida non fluunt amplius sed consistunt. Sed vos per vestram prudentiam hæc ipsi jubebitis, aut serio promovebitis. Accedo paucis ad

CAPVT SEXTVM,

Illudque ultimum, quod nobis ex antiquitatis materiâ totum depromtum & haustum ostendet in asia & africa illas quidem quatuor linguas ebraeam, chaldæam, syram, arabicam, semper fuisse, in usu ab ipso diluvii tempore, aut babylonicae linguarum confusione & multiplicationis. Quanquam istæ linguæ semper fuerint numero cædem, saltem pronunciatione variarunt, atque id eodem modo, uti germanica & belgica. Et quicquid de iis ex punica, æthiopicaque apud plautum, herodotum aut alios autores reperiri potest, ex his rivulis fluxisse ostendetur. Hispaniæ esse singularem quandam felicitatem hodierno ævo, quæ & muhammedanis ejectis, illâque religione expurgatis regnis suis, lingua tamen ita ferè illis arabibus mistæ sunt. quod lexicographus aliquis anglus ædito hispanicò-anglico lexico demonstrat, & ad finem ejus ultra quatuor millia vocum arabicarum in hispanicò idiomate hodieque usitatarum recenset. Habent ingentes ejus populi bibliothecas, ut una maroccani regis ad 8000 voluminum ferè ascenderit. Regiæ opulentiae, magnificentiaeque opus. Habuerunt eosdem arabes per 800 annos secum. Habent quotidie eosdem ē regione. Ex isto loco christianitatis multa fieri possent. Prodemos in quantum græci in asiam & romani in africam ad missi, irruperint, & quouique linguas commodarint. Ingentem ergo nobis utilitatem dabit linguæ arabicæ celeritina, quantâque velocitate fieri potest, in publicum procuratio. Eos autores omnes, quos in præfatione citavi, lumine undique collucente illustrabit. Antiquitas toto romana, græca hinc mutuabit splendorem. Nihil est, quod non salutarem hujus linguæ exortum sentiet, æquè ac solis lumen omnes creaturæ reverenter recipiunt. Sed ut magis, quod res est dicam, ducor ingenti spe mercaturæ orientalis. Sum enim mercatorii ingenii, & qui plus respicio utilitatem ad præsentia futuraque tempora, quam ad præterita redundaturam. Sunt millenni

Hisp. Ling